

Quid scire debeat nauis gubernator.

Polus magnetis quomodo differat a polo mundi.

Qua industria magnetis declinatione reperitur.

Quanta sit Lugduni, Massiliae, & Constanti-nopoli.

Quomodo poli reperitur altitudo.

do rectorem aliquem praesse, qui omnia admini-
 stre, cui parere debeamus. Quem, ne tibi finxeris
 improvidum & ignorantem, percontare, quid
 vnus nauigij gubernatorem scire oporteat; quo-
 modo differentiam nosse debeat, quae est inter
 mundi, magnetisque polum, vt in qualibet longi-
 tudine, atque latitudine sciat, per quot gradus, vel
 minuta magneticus obelus a mundi polo defle-
 ctat; quid sit primus circulus meridianus, quid
 arcticus, vt in eorum intersectione 23; vltra pol-
 um mundi, magneticum polum collocet, quid sit
 longitudo, atque latitudo, vt ex intersectione pa-
 ralleli, & meridiani, seu loco, in quo se collocatum
 videt gubernator, lineam ad polum vtrumque du-
 cat, vt angulus, qui ab istis lineis fiet, in hac inter-
 sectione magnetis declinationem patefaciat, quam
 exempli causa 9 graduum & 16 Lugduni reperire
 est, si Tardeo credimus, siquidem illius vrbs lon-
 gitudo est 24 graduum, latitudo 43 grad. 40', vt
 notat Magin. in Ephem. Massiliae declinationem
 illam 9 grad. 30', Constantinopoli 21 grad. faciunt,
 licet ambae haec ciuitates in eodem sint parallelo, seu
 latitudine 43 grad. 35; verum longitudine differunt,
 Massilia quippe 24; longitudinem, 55 graduum
 Constantinopolis habet.

Sed & altitudinem poli debet inuestigare, non
 tantum Geographicarum tabellarum, vel globorum,
 vel ephemeridum ope, non tantum stellae
 polaris beneficio, cuius summam altitudinem, de-
 pressionem, & vtriusque differentiam sumat per
 dioptricum aliquod instrumentum, sed etiam
 vnus solis auxilio, quandoquidem stellae sapius
 occultantur, adeo ut polares stellas deprehende-
 re nequeat. Ita vero sole mediante poli cogno-
 sces eleuationem, si eius altitudinem meridianam
 exploratam habueris, nec non declinationem ab
 aequatore, quam demes, si versetur in signis Sep-

triontalibus, addes vero eiusdem meridianae al-
 titudini, si austrialia signa pererret; His enim pe-
 ctis aequatoris altitudo nota est, a quo cum vsque
 ad polum 90 gradus intercedant, quot & ab hori-
 zonte ad punctum verticale, seu zenith, si a cir-
 culo meridiano aequatoris subtrahas altitudinem,
 prodibit altitudo poli, cum ab horizonte vsque
 ad polum sit aequale spatium ei, quod ab aequato-
 re vsque ad zenith horisontis numeratur. Ex
 quibus elici debet, quanta scientia, atque sapientia
 mundi totius gubernator praeditus sit.

Iam superest, Athee, vt si minus nauigij, tui
 saltem ipsius, tuarumque cogitationum gubernato-
 ris officiaris, tuam igitur nauim praepara, nulli ru-
 dentes, vela nulla desint, praesto sint armamenta;
 malus aequalis cum tota nauis longitudinis, sit ra-
 tio naturalis, & notio communis omnium, quae
 Deum esse nobis profundissime imprimat; nauti-
 ca pixis, intentio sincera, vt tuum nauigium ad
 felicem portum deducere possis, polus tuus, sit
 ipse Deus, ad quem, vt ad vltimum finem, atque
 summam beatitudinem collimes: vela, expansa
 ad Deum orationes: Denique nulla sit in tota na-
 ui particula, quae tuam salutem non prouehat,
 quam ex toto corde desidero, mihi que pra singulis
 huiusce mundi rebus charissimam esse cognoscas
 velim.

Quod si prius te mari committere, & nauigio
 stadia, gradusque plurimos conficere volueris,
 quam vt mihi credas, quam vt ab exemplo guber-
 natoris Deum, qui huic mundo praesit, necessa-
 rium esse fatearis, tabellam exhibeo, qua per va-
 rias solis declinationes quolibet anni die notatas,
 in quocumque parallelo, quacumque longitudine,
 vel latitudine fueris, altitudinem poli deprehen-
 das, quam Nonius l. i. de ratione nauigandi, & alij
 plurimi descripserunt.

De altitu- dine poli, & aequato- ris.

Homo na- ui compa- ratur.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31	32	33	34	35	36	37	38	39	40	41	42	43	44	45	46	47	48	49	50	51	52	53	54	55	56	57	58	59	60
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31	32	33	34	35	36	37	38	39	40	41	42	43	44	45	46	47	48	49	50	51	52	53	54	55	56	57	58	59	60
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31	32	33	34	35	36	37	38	39	40	41	42	43	44	45	46	47	48	49	50	51	52	53	54	55	56	57	58	59	60